

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

Berlin, Staatsbibliothek (D-B)
Ms. theol. lat. qu. 261, f. 52r-54v
Transcription : Christian Meyer
(janvier 2016 – rév. nov. 2017)

<I>

52r

¹ Sex sunt voces in quibus primus tonus invenitur incipere posse, videlicet in ·C·faut, in ·D·solre, in ·E·lami, in ·F·faut, in ·G·solreut et in ·a·lamire acuta. ² Ascendere potest a suo fine, que est ·D·grave, usque ad decimam, que est ·F·faut acuta. ³ Descendere non debet infra ad primam sub suo fine, que est ·C·faut grave, nisi sit talis cantus, quod incepit sua transeat ad quintam vocem, que <est> ·a·lamire acuta, ⁴ verbi gratia sicut est istud responsorium *Circumdederunt me* et hec antiphona ut *Ecce tu pulcra* et *Ego sum alpha*, et officium *Inclina* et officium *Viri galilei* et consimiles. ⁵ Et talis cantus potest descendere sub suo fine ad omnes voces sicut secundus, et semper erit de primo.

⁶ Incipiunt antiphone et responsoria primi toni [que et qui incipiunt] in ·C·faut ut *O beatum pontificem*, in ·D·solre ut *Maiorem caritatem*, in ·E·lami ut *Veniens a Libano*, in ·F·faut ut *Ipsi soli*, in ·G·<ut...>, in ·a· <ut> *Exi cito*.

⁶ in ·G· <ut...> in ·a·] in ·G· a in ·a· cod.

⁷ Prime differentie primi toni, que incipiunt in ·C·faut et in ·D· et festinanter saliendo ascendunt ad ·a· acuta, ut *Muro tuo* et *Posuerunt et Primum et Vos amici*, et que incipiunt in ·G· gravi et descendunt cito in ·C·faut, ut *Ave Maria* et consimiles, habent unum *seculorum*, quod in ·G· gravi finitur.



^a Pri-mum. ^b Po-su-e- runt. ^c I-ste est Io-han-nes. ^d Se u o u a e.

⁸ Item secunde differentie, que incipiunt in ·D· gravi, que sunt in sillabis et in cantu parve, sive descendant in principio a ·C·faut, ut antiphona *Dum esset summus po<ntifex>* sive ad ·F·, ut antiphona *Accepit ergo* et consimiles, habent alium *seculorum*, quod in ·F· finitur, ut *Maiorem ca<ritatem>, Accepit ergo* :



^a Ma-io-rem ca-ri-ta-tem. ^b Ac-ce-pit er-go.^c



Cum es-set. ^d E u o u a e.

⁹ Item tertie differentie, que incipiunt in ·D· et gradatim vel saltim vadunt ad ·F· gravem sicut *Euge serve* et *O Martine* et alie que incipiunt in ·C· que sunt magne in syllabis et in cantu, et que tam gradiendo quam saliendo scandunt ad ·F·, ut *O pastor* et *Non auferetur, Filie Ierusalem* et consimiles, habent unum *seculorum* quod terminatur in ·D· gravi :

⁷ prima differentia cod. | finitur] finiantur cod.

⁸ Item] Item de cod. | finitur] finiantur cod.

⁹ gravem] gravi cod.



^a Eu-ge ser-ve. ^b Fi-li-e ye<rusalem>. ^c Non au-fe-re-tur.



^d E-go sum. ^e E u o u a e.

¹⁰ Item quarte differentie, que incipiunt in ·F· et cito vadunt ad ·a· sive gradatim sive saltim sicut *Petrus quidem, Apertis thesauris et Hodie Christus*, habent alium *seculorum* quod in ·G· gravi finitur.



^a Ho-di-e Chri-stus. ^b Pe-trus qui-dem. ^c Pre- di-cans.



^d Dif-fu-sa. ^e E u o u a e.

¹¹ Item quinte differentie, que incipiunt in ·F· grave et descendunt in ·D· sicut *Vidimus stellam, Reges terres* habent alium *seculorum*, quod finitur in ·a· acuta.



^a Vo-lo pa-ter. ^b Vi-di-mus. ^c Re-ges ter-re. ^d Se u o u a e.

¹² Item sexte differentie, que incipiunt in ·F· et statim vadunt in ·G· statimque descendunt in ·D· sicut *Speciosus et Ipsi soli*, habent alium *seculorum*, quod finitur in ·D· gravi.



^a Spe-ci-o- sus. ^b Chri-sti vir-go. ^c I-psi so-li. ^d Se u o u a e.

¹³ Item septime differentie, que incipiunt in ·a· et statim descendunt in ·G·, ut *Ite dicite, Facti sumus, Clamavi*, habent alium *seculorum*, quod finitur in ·a· acuta :

53r



^aI-te di-ci-te. ^bFa-cti su-mus. ^cCla-ma-vi. ^dSe u o u a e.

¹⁴Item de responsoriis primi toni.



^aR/ In prin-ci-pi-o. V/ For-ma-vit.



^bR/ Cir-cum-de-de- runt. V/ Quo-ni-am.



^cR/ Ve-ni-ens a Li- ba- no. V/ Quo-ni-am con-for-ta-vit.

¹⁵Item de officiis primi toni et prime differentie, que incipiunt in ·C· et in ·D· et statim saliunt ad ·a· acutam, sicut *Suscepimus* et *Dominus* et consimiles, habent unum idem *seculorum*, quod finitur in ·F· grave.



^aSus-ce- pi-mus. ^bSta-tu-it. ^cDo- mi- nus. ^dGlo-ri-a. e u o u a e.

¹⁶Item secunde differentie, que incipiunt in ·D· et cito vadunt ad ·F·, ut *Exurge quare* et *Iustus ut palma*, et *De ventre* habent aliud *seculorum*, quod finitur in ·D· gravi.



^aDe ven- tre. ^bIu- stus. ^cE-xur- ge qua-re. ^dGlo-ri-a. se u o u a e.

¹⁷Item tertie differentie, que incipiunt in ·F· et cito vadunt ad ·a· ut *Ego autem* et *Misereris omnium* et consimiles habent aliud *seculorum* quod finitur in ·G· gravi :



^aE-go au-tem. ^bMi-se-re-ris o-mni-um. ^cGlo-ri-a se u o u a e.

53v

¹⁸Item quarte differentie, <que> incipiunt in ·a· et statim descendunt in ·G· vel in ·F·, ut *Lex domini* et *Salus autem* et *Sapientiam sanctorum* habent aliud *seculorum*, quod finitur in ·a· acuta.



^aLex do-mi- ni. ^bSa-lus au-tem. ^cSa-pi-en-ti-am. ^dSe u o u a e.

<II>

¹⁹Quinque sunt voces in quibus secundus modus regularis incipere invenitur, videlicet in ·Γ·, in ·A·, in ·C·, in ·D· et in ·F·, et finitur cum primo tono in ·D·. ²⁰Descendere potest sub suo fine usque ad Γ-ut. ²¹Ascendere non debet nisi ad <·a> acuta<m> vel ·b·mi. ²²Sed in utraque illarum moram facere non debet nisi fit talis cantus, quod incepio sua se transferat cito sub suo fine usque ad quartam vocem, que est ·a·, sicut *Martinus* et communio *Letabimur*, vel [cantus qui] incipiat in ·C· inferius, ut communio *Cantabo*. ²³Et talis cantus potest ascendere ad omnes voces primi toni et semper erit secundi.

²⁴Sunt autem cantus primi et secundi toni de quibus dubium, quorum erit discretio. ²⁵Si non ascendunt ad quintam vocem, que est ·a· acuta, certissime de secundo erunt, sicut *Iuste* et *Pie* et officium *Sacerdotes eius in<duam>*. ²⁶Omnis antiphone secundi modi quandcumque sint, habent unum *seculorum* quod finitur in ·G· gravi.




^aO sa-pi-en-ti a. ^bA por-ta in<feri>. ^cGlo-ri- a se u o u a e.

24 discretio] discutio *cod.*

²⁷ Item que incipiunt in ·G· grave et in ·a·, ut antiphone *Benedicam* et *Rorate*, sunt irregulares cum suis similibus quorum *seculorum* finitur in ·a· acuta :



^a Be-ne-di-cta. ^b O mors. ^c Pe-tre. ^d Lau-da-te. ^e An-nun-ti-a-te.



^f Ma- gnum. ^g Glo-ri-a pa-tri et fi-li-o et spi-ri-tu-i san-cto.

²⁸ Item omnia officia secundi modi quo cumque modo incipient, non habent nisi unum *seculorum*, quod finitur in ·D· gravi.



54r

^a Ec-ce ad-ve-nit. ^b Mi-chi au-tem. ^c Vul-tum. ^d Sa-cer-do-tes e- ius.



^e Me ex-pec-ta-ve-runt. ^f Glo-ri-a e u o u a e.

<III>

²⁹ Sex sunt voces in quibus tertius tonus incipere invenitur. In ·C-faut, in ·D-, in ·E-, in ·F-, in ·G· et in ·c-solfaut et finitur in ·E- gravi. ³⁰ Ascendere potest a suo fine usque ad nonam vocem, que est ·F· acuta, descendere potest a suo fine, usque ad tertiam vocem, que est ·C-faut grave. ³¹ Omnes antiphone tertii toni et prime differentie, que incipiunt in ·G· grave et statim saliunt ad ·c-solfaut sicut antiphona *Tolle puerum* et *Elisabeth*, *Qui sequitur* et *Auferte ista*. ³² Hec habent unum *seculorum*, quod finitur in ·a- acuta :

27 irregulares] in regulis cod.



^aTol-le pu-e-rum. ^bQui se-qui-tur. ^cAu-fer-te.



^dTu Bet-le-em. ^eE u o u a e.

³³Item secunde differentie, que incipiunt in ·G· gravi et statim vadunt gradatim ad ·c·solfaut sicut antiphona *Qui odit* et similes, habent *seculorum* quod finitur in ·G· gravi.



^aQui o- dit. ^bDo-mi-ne pro-ba<sti>. ^cGlo-ri-o si.



^dMa- los ma-le. ^eGlo-ri-a e u o u a e.

³⁴Item tertie differentie, que incipiunt ·E· et descendunt ad ·D· et cito transiliunt in ·G· gravi ac deinde in ·c·solfaut sicut *Qui de terra est* et *Dum complerentur*, habent *seculorum* quod finitur in ·a· acuta.



^aQui de ter-ra est. ^bBe-a-tus vir. ^cE u o u a e.

Item de responsoriis.



^aAe-di-fi-ca-vit. ^bDum ste-te-ri-tis. ^cDum com-ple-ren-tur.



^d<R/> Sal|va-to- rem <V/> So- bri- e.

³⁴ transiliunt] transalunt ? cod. | ·c·solfaut] ·c·sol cod. | complerentur] comprehrentur cod.



^e<R/> Co-ro- na au-re- a <V/> Quo-ni- am.

³⁵ Item prime differentie de officiis, que incipiunt in ·E· vel in ·F· et descendunt ad ·B· et statim impetuose transiliunt in ·G· et in ·D· et in ·c·, sicut *Si iniquitatem* et consimiles, habent unum *seculorum* quod finitur in ·a· acuta.



^aCon-fes-si-o. ^bRe-ple-a-tur. ^cGlo-ri-a se u o u a e.

³⁶ Item secunde differentie, que incipiunt in ·G· gravi, sive descendant sive ascendant, sicut *Omnia que* et *Tibi dixi* et consimiles, habent *seculorum* quod finitur in ·G· gravi.

<...>

<III>

³⁷ Quinque sunt voces in quibus quartus modus regulariter incipere debet: in ·C·faut, in ·D·, <in ·E·>, in ·F· et in ·G·solreut.

³⁸ Finis eius cum tertio tono. ³⁹ Potest descendere sub suo fine usque ad ·C·faut, ascendere non debet nisi ad ·c·sol vel ad ·d· acutum, sed in neutra illarum moram facere enim debet. ⁴⁰ In ·C· ut *Homo erat*, in ·D· ut *Magnus dominus*, in ·E· ut *Vigilate*, in ·F· ut *Omnis terra*, in ·G· ut *In prole mater*. ⁴¹ Prime differentie de antiphone que incipiunt in ·F· gravi descendendo vel ascendendo, saliendo vel gradiendo, sicut *Credo videre* et *Omnis terra*, *Internatos*, *Turba multa*, que incipiunt in ·E· et ascendendo vel descendendo gradatim sive saltim, sicut antiphona *Te deum patrem* et *Crucem tuam*, que incipiunt in ·E· et ascendunt gradatim sive saltim, sicut *Media vita* et *Tribum quem*, *Homo erat in Ierusalem* habent unum *seculorum* quod finitur in ·E· gravi.

<...>

35 transiliunt] transaliunt cod.